



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

3 Canonico varia juri dat nomina terna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

C. X. q̄ quid sit ius militare.

Ius militare est belli inferendi solennitas, foderis faciendi nexus, signo dato egredio in hostem, vel pugna commissio, item signo dato receptione: item flagiti militaris disciplina, si locus deferatur, item stipendiorum modus, dignitatum gradus, praemiorum honor; veluti cum corona, vel torque donantur, item praece decisio, & pro personaz qualitatibus & laboribus a iusta divisa, ac principiis portio.

C. XI. q̄ quid sit ius publicum:

Ius b publicum, est in sacris, & in sacerdotibus, & in magistratibus.

C. XII. q̄ quid sit ius Quiritium.

Ius c Quiritium est proprium Romanorum, quod nulli tenent, nisi Quirites, id est Romani. q̄ In quo agitur de legitimis hereditatibus, de cessionibus, i.e. de tutelis, de usurcationibus, quæ jura apud nullum alium populum revertuntur, sed propria sunt Romanorum, & in eisdem locis constituta.

i ¶ Cretionibus] Antea legebatur, vel curationibus, vel de contractibus. Emendatio est ex codicibus Isidoris tam impensis quam manuscriptis. Quid autem sit creto declarat Ulpianus in suis titulis, c. 22. & ipsam et Isidoris eod. lib. 5. Etym. cap. 24. & Alia at 3. dispendit. c. 7.

DISTINCTIO II.

Constitutio autem ius Quirinum ex legibus, & plebis, & senatus consilium, & confituum principum, & cedentia, & sive responsa prudentium.

C. I. q̄ quid sit Lex.

Lex est constitutio populi, qua maiores natu sumul cum pleibus aliquid lancerunt.

C. II. q̄ quid sit Plebis.

Plebis est g sicut, que plebes tantum constitutio: & vocantur plebiscita, quod ea plebs sciat, vel quod faciat, & roget, ut faciat.

C. III. q̄ quid sit Senatus consilium.

Senatus consilium est, quod tantum senatores populis consulentes decernunt.

C. IV. q̄ quid sit Confituum vel edictum.

Constitutio, & vel edictum est quod Rex, vel Imperator constituit vel edicit.

C. V. q̄ quia finis Responsa prudentium.

Responsa in prudentiis sunt, quæ jurisconsulti respondere dicuntur jurisconsultis, unde & responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri equitatis, qui institutiones & civilis juris compotias ediderunt, quibus dissidentium lites contentiones sopirent.

C. VI. q̄ quia finis Tribunalia vel consulest.

Tribunalia etiam leges dicuntur ab iis, qui condiderunt, ut consulares, Tribunitiz, Iulia, Cornelia. Nam & sub Octaviano Cæsare suffici consules Papius & Poppeus legem tulerunt, quæ à nominibus eorum appellatur Papia Poppæa, continens patrum premia pro fulcipientis liberis. Sub eodem quoque Imperatore, Falcidius Tribunus plebis legem fecit, ne quis plus extraneis & testamento legaret, quam in quarta pars superfecti haredibus, ex cuius nomine lex Falcidius nuncupata est.

i ¶ Papius] Antea legebatur, Papius, & Pompeius, & paulo post, Papia & Pompeja. Emendatio est ex manuscriptis exemplaribus Isidoris. Nam in impresso notaverat errorum Almanus lib. 3. cap. 3. In tabulis autem Capitoliis annobus DCLXI. ex Calen. Iul. suffici consules numerantur M. Papus. Q. Poppeus.

a laboris) orig. b Isid. eod. l.c. 8. l. 1. 9. Ius publicum ff. de iusti. & iur. c Isid. ibid. l. 9. d. Ex Isidor. ibid. e ante legebatur) ex edictis senatorum. f Isid. eod. l. c. 10. g Isid. eadem le. c. 11. h. vocata festa) orig. i Isid. eod. cap. 72. k Isid. eod. l. 12. l. ante legebatur) edidit. m Isid. eod. l. c. 14. n. al. constitutiones. o Isid. ibid. cts.

2 ¶ Extrancis] Hac dictio non est in Chronico Eusebii à D. Hieronymo latinitate donata, ac locupletata (unde haec videntur similes Isidorus) nec in leg. 2. 2. ss. ad leg. Fal. ubi referuntur propria verba ipsius legi. Est tamen apud Isidorum etiam in codicibus manuscriptis.

C. VII. q̄ quia finis Lex Satyra.

Satyra, a verò lex est, quæ de pluribus simul rebus loquitur dicta a copia rerum, & quasi saturata: unde & satyram scribere est poemata varia condere, ut Horatii, Iuvenalis, & Persii.

i ¶ Satyra] In aliquot Gratiani manuscriptis codicibus, & uno Isidoris legitim. Satura est, de qua ita Festus: Satura est cibi genus ex variis rebus conditum; & est lex multa alii conferunt legibus. Itaque in sanctione legum adscribitur; neve per saturam abrogato, aut derogato, & alia quedam in hanc sententiam.

C. VIII. q̄ quia finis Rhodia leges.

RHODIA b leges navalium commerciorum sunt ab insula Rhodo cognominate, in qua antiquitus mercatorum usus fuit.

DISTINCTIO III.

1 **O**mnes he species secularium legum partes sunt. Sed ps quia constitutio alia est civilis, alia ecclesiastica, ci-vili vero forense, vel circulus juri appellatur: quo nomine ecclesiastica constitutio appelleretur, videamus. Ecclesiastica consti-tutio, canonis norme constitutio. Quid autem sit canon, Isidorus in lib. 6. Etym. c. 16. declarat dicens.

C. C. L. q̄ quid sit Canon.

Canon gracie, Latine regula nuncupatur.

C. II. q̄ Unde dicitur regula.

Regula c dicta est, eo quod recte dicit, nee aliquando alterius trahit. Alii dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam recte vivendi præbeat, vel quod disfert, prævunque & corrigit.

2 ps. i ¶ Porro canum alijs sunt decreta Pontificum, alii statuta conciliorum. Conciliorum vero alia sunt universalia, alia provincialia. Provincialium alia celebrantur auditoritate Pontificis Romanis, præsente videlicet legato sancte Romane ecclesiæ: alia vero auctoritate patriarcharum, vel primatum, vel metropolitarum eisdem province. Hoc quidem de generalibus regulis intelligenda sint.

i ¶ Sunt autem quedam privatae leges tam ecclesiasticae quam secularies, quæ privilegia appellantur. De quibus s. lib. Etymol. cap. 18. Ibid. s. 18.

C. III. q̄ quid sit privilegium.

Privilegia sunt leges privatorum, quasi privatæ leges. Nam privilegium inde i dictu est quæ in privato feratur.

i ¶ Privilegium] Cicero 3. de legibus habet: Majores nostri in privatos homines leges ferri noluerunt, id est enim privilegium. Verum non semper eadem notione hanc vocari subiungunt sicut in Iust. Iudic. & alii narrant.

3 ps. i ¶ Officium vero secularium, sive ecclesiasticorum legum est, precipice quod necesse est fieri, ut prohibere quod malum est fieri, vel permittere licita, ut premium petere, vel etiam quadam illicita, ut dare libellum reputari, ne fiant graviora. Vnde in eadem lib. c. 19. Isidor. scribit dicens.

i ¶ Fieri] Quæ sequuntur, in aliquo venienti codicibus sibi habent: prohibere quod malum est fieri, permittere vel licita, ut premium petere vel etiam quadam.

C. IV. q̄ Quod sit officium legis.

OMnis autem lex aut permittit aliquid, ut vir fortis petat premium, aut vetat, ut sacrarum virginum matrinas nulli petere licet: aut puniit, ut qui eadem fecerit, capite plectatur: ejus enim præmio, aut poena vita moderatur humana, divina i precipit & ut [Diliges Domum Deum tuum.]

i ¶ Divina] Hinc usque ad finem non sunt in codicibus al. Sanctora. Isidor. ibid. cap. 16. b s. Isid. 17. c. Isid. ibid. d. præmium quid orig. e. Deut. 6.

Iustus Iosidori: neque in aliquot exemplaribus Vaticanicis Gratiani. In aliis vero, omissa voce divina legitur aut praecepit, ut diliges Dominum Deum tuum.

DISTINCTIO IIII.

Carta vero constitutionis legum est, humanam coercere audaciam, & nocendi facultatem refranare, sicut in eod. l.c. so. Iosid. restatur dicens.

C. I. Quare leges facta sunt.

Facta sunt autem leges, ut earum metu humana coegeretur audacia, tanta sit interimprobos innocentia, & in ipsis improbis formidatio supplicio refranetur nocendi facultas.

2 ps. Praterea in ipsa constitutione legum, maxime qualitas confitundendarum est obseruanda, ut continente in se honestatem, justitiam, possibiliterem, convenientiam, & cetera quae in eod. lib. Iosid. enumerantur.

C. II. Qualis debet esse Lex.

Erit a autem lex honesta, justa, possibilis, secundum natum, secundum patrum confitundinem, loco temporis, convenientis, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem i. continueat, nullo privato commido, sed pro communis civium utilitate conscripta.

1. In captionem] Ante legebatur, in cautum captio-
ne. Restituta est vera letio ex codicibus Iosidi manu-
scriptis lib. 5. cap. 21. & ex impressis etiam lib. 2. cap. 10. ubi edem
scrivuntur, partim, ex antiquis Gratiani exemplaribus, & qui-
bus obediuntur, cautum. Simili vero locutione utitur Paulus l.
quinti sentent. 33. c. 2. Ne quis inquit, in captionem verborum
in cavendo incidat.

3 ps. Ideo autem in ipsa constitutione ista consideranda sunt,
quia cum leges instituta fuerint, non erit liberum judicare de ipsis,
sed portebit judicare secundum ipsas.

C. III. q. De legibus tunc est judicandum cum in-
stituuntur, non cum instituta sunt.

Vnde Augustinus ait in lib. de veritate 5. 31. In b. istis temporalibus legibus, quanquam de his homines judicent, cum eas institutum, tamen cum fuerint institutus & firmata, non licet judici, de ipsis judicare, sed secundum ipsas.

Leges institutiorum ciascunum promulgantur, firmantur, cum moribus, intentione approbantur. Sicut enim moribus wentium in contrariis nonnulla leges hodie abrogata sunt, ita moribus wentiorum ipsa leges conformantur. Vnde illud Telephorus Pape (qui decrevit ut generaliter clerici a quinquagesima i. a carnibus & delicis jejunent) quia moribus wentiorum approbatum non est, aliter agentes, transgresiones reos non arguit.

1. Quinquagesima] Post hoc verbum in codicibus impres-
si sequitur, jejunandi propositum suscipient, & a carni-
bus, & delicis abstinerent: sed omnes fere manuscripsi
habent e modo quo restituuntur.

q. Septem hebdomadibus a carne, & delicis ante
Pascha clerici abstinent.

C. IIII. Telephorus ubi Roma episcopus
omnibus episcopis epist. 1.

S Tatuimus, & ut septem hebdomadas plenas ante san-
ctum Pascha omnes clerici, in fortem Domini vocati a
carne & jejunio, quia sicut discreta debet esse vita clericorum
a laicorum conversatione, ita & in jejunio debet esse
discretio. & infra. q. Has ergo septem hebdomadas o-
mnes clerici a carne & delicis jejunent, & hymnis, &
vigiлиis, atque orationibus Domino inhætere die nocte que
studeant.

C. V. q. Septimanam hebdomadam Telephorus
quadragesima addit.

Item Ambrofius in lib. sermonum. 1
Q Vadragesima sex septimanas habet, cui addidit
a. Iov par. 4. cep. 163. Pann. 1.2. c. cap. 142. b. Iov par. 4. cep.
169. Pann. 1.2. c. 143. c. Iov par. 4. c. 25. Pann. 1.2. c. 174. d. al.
carne, & delicis.

Telephorus Pontifex septimam hebdomadam, & vocatum est hoc tempus quinquagesima.

1. ¶ Sermonum] Inventi sunt Roma in bibliotheca Vaticana,
& Mediolani in bibliotheca Monasterii S. Ambrosii sermones
aliquot manuscripti, Ambrosii nomen preferentes, inter quos est ser-
mo de sexagesima, cuius initium est: Adegit tempus unde hoc
caput sumptum est.

Quod similiter de eo spirulue intelligendum, quod B. Grego-
rius Augustinus Anglorum episcopo scribit dicens.

C. VI. q. A quinquagesima jejunandi propositum
sumant, quos ecclesiastici gradus digni-
tas exornat.

D Enique a sacerdotibus, & diaconi, & reliqui omnes,
quos dignitas ecclesiastici gradus exornat, quinquage-
sima propositum jejunandi suscipiant, quae & aliquid ad
penitum sancte institutionis adjiciant, & eorum, qui in laici
cali ordine confituntur, observantiam, sicut loco, ita religio-
ne præcellant. De ipsa vero die dominica has fitamus, quidam
dicendum sit, cum omnes laici & seculares illa die
plus solito ceteris diebus accuratis cibos carnium appen-
tant, & nisi nova quadam aviditate ulgo, ad medias noctes
feingurgitent, non alter se hujus faciei temporis obser-
vationem suscipere putant: quod utique non rationi, sed vol-
uptati, inquit, celdam mentis excitati adscribendum est:
unde nec a tali confitundine averti possunt, & ideo cum
venia suo ingenio relinquendi sunt, ne forte pejores existant,
sicut a tali confitundine prohibeantur. Ut enim ait Sal-
omon. b [Qui multum emungit, elicit sanguinem.] & post
paucis. ¶ Par autem est, ut quibus diebus a carne anima-
lium abstinentur, ab omnibus quoque, quae lementiam
carnis trahunt originem, jejunemus: a lacte videlicet,
caseo, & ovis, & post pauca. ¶ Caterum pescum eius ita
Christiano relinquentur, ut hoc ei infirmitatis solatium, non
luxuria pariat inciduntum. Denique qui a carne abstinet
nequaquam sumptuosa marinaram belluarum convivia
præparat. Vinum quoque ita bibere permititur, ut
ut ebrietatem omnino fugiamus alioquin restat, ut omnia,
quae corpori libert, similiter faciamus.

4 ps. Hec eis legibus constituta sunt: tamen quia es mu-
ni usu approbata, non sunt, se non obseruantes transgressiones reos
non arguant, alioquin & hi non obedient proprio privarente ho-
nore: cum illi, qui sacris uscent obedire canamus, penitus offi-
cio subiecti carere suscipiant: nisi forte quis dicat hac non deceren-
do esse statuta, sed exhortando conscripta. Decretum vero
necessitatem facit: exhortatio autem liberam voluntatem ex-
citat.

DISTINCTIO V.

Hec, qua de privilegiis, & ceteris infra positi
scripta sunt, tam secularibus, quam ecclesiasticis
legibus continentur. Nunc iad differentialia na-
turali iuri, & ceterorum revertantur. Naturale iuri inter
omnia primatum obliter tempore, & dignitate. Capit enim
ab exordio rationalis creatura, nec variatur tempore, sed immu-
table permanet. q. Sed cum naturale ius in lege & Evan-
gelio supra dicatur esse comprehensum, quedam autem contra-
ria huius, que in lege statuta sunt, nunc inventantur concessa, non
videatur ius naturale immutabile permanere. In lege f. namq.
principiatur, ut mulier, si malculum pareret, quadrage-
inta: si vero feminam, octuaginta diebus a templi
cessare ingreflu: nunc autem statutum post partum ecclesiam
ingredi non prohibetur. Item g. mulier, que menstrua pati-
tur, ex lege immunda esse reputabatur: nunc autem nec statutum
intrare ecclesiam, nec facere communionis mysteria percipere:
statutum nec illa, que parit, vel illud, quod gigant, statutum post
partum baptizari prohibetur.

1. ¶ Nunc ad differentialia] In vulgaris legebatur,

a. Iov par. 4. c. 29. b. Proverb. 30. c. al. lementiam
d. al. præmititur. e. Ex Gregor. in fr. 25. q. 1. hac confusa. f.
Levit. 12. g. Ibid. 15.